

Maioresq; cadunt altis de turribus umbre.
Ergo Rex Regum, da Regi prospera nostro,
Augusti augustâ quem prosperitate terena,
Trajani insigni quem Tu pietate corona.
Rustica vota damus, sed ab imis fusa medullis:
Pascere, tuere, bea, FRIDRICVM, protege, serva.

Dixerat: extemplò Musarum sancta caterva
E Parnasso aderat, aderat quoq; præses Apollo.
Ruricolûm votis sua suavia carmina iugens;
Vivat, jô, FRIDRICVS! ait, quem Silesica tellus
Iam Regem veneranter amat, ceu filia Patrem.
Vivat jô FRIDRICVS! ait, quem Martia castra
Excipiunt, Duce quo Mars spicula ponet adunca
Vivat jô FRIDRICVS! ait, qui pectora turbis
His quassata sibi, propriâ virtute redunit.
Vivat jô FRIDRICVS! ait, qui fortibus ausis
Nostras has oras opulentâ pace redonat;
Vivat jô FRIDRICVS, & hoc floreat in ævo!

devotissima subjectionis
E

subjectiss. devotionis
ergo

Paulus Gryphius Glogâ Sil.
Gymn. Elisab Vratisl. alum.
F.



ACCLAMATIONES VOTIVÆ
in publica Silesiæ læticiâ,
SUB ADVENTUM
SERENIS. AC POTENTIS.
Principis ac Domini,

DN. FRIDERICI,
BOHEMIAE REGIS, COMITIS
PALATINI AD RHENUM, S. ROMANI
Imp. Electoris, Ducis Bochariæ, Silesiæ,
& Luxemburgi, Marchionis Mo-
raviae & Lusatiæ &c.

*Domini nostri clementissimi,
Preslaviam Silesiæ metropolin sollemni-
ter ingressi a.d. XX. Februar.*

CIO IDC XX.
humili E animo E stylo scriptæ
à

NICOLAO HENELIO U. J. D.
Ducatus Monsterbergens. ac Territorii
Francost. Syndico, Judiciq; ibi-
dem Regii Adsestore.




VRATISLAVIÆ,
Imprimebat Georgius Bauman.
Anno 1620.

FRIDERICUS PRIMUS, 185.
 DEI GRATIA, 70.
 REX BOJEMIAE, 96.
 COMES PALATINUS RHENI, 200.
 SACRI ROMANI IMPERII ELECTOR, 261.
 DUX BOJARIAE, 98.
 MARCHIO MORAVIAE, 136.
 DUX SLESIAE, LUCEMBURGI, 208.
 MARCHIO LUSATIAE, 141.
 COMES VELDENTIAE AC SPANHEIMAE. 224.

A. C. 1619.

*Litterulas, Regis titulus qvêis constat honorus,
 Sollicitè ad numeros qvi revocare velit:
 Annum comperiet sacro diademate cincti.
 Inunc, & numeris pondus inesse nega.*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. P. Q.
 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.
 R. S. T. V. X. Y. Z.
 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.



80041/7 G6E

I.



Cqvid Bojemis ad nos conversus ab
 oris,
 Slesiacas tandem Rex parat ire
 vias?

Certus adest auctor: vox hoc & nunciat omnis:
 Credere idemq; fides undiq; sparsa juber.
 Jamq; Duces adeo ac Proceres unus simul omnes,
 Tendere in occursum Principis, ardor habet.
 Structis Bresla tholis meritos molitur honores:
 Rexq; suâ Pacis-Dives in urbe sonat.
 Sed solida ut nobis contingant gaudia: Pacis,
 REX, ô sperata nuncius ipse veni!
 Optima Pax rerum, cunctisq; optabile donū est:
 Nec majus, populis qvòd modò detur, habes.

II.

Qvem clarum series magnorū angusta parentum,
 Diditaq; in toto laus propria orbe facit:
 Tot leni imperio populos frenare volentes
 Cui Regum Regis provida cura dedit:
 Tandem ad Slesigenas, tandem optatissime visis,
 Et populo gratus Principibusq; venis?

A 2

Ingre-

Ingredere ô, fascesq; lubens, pronosq; favore,
Quos Tibi submittit Slesia nostra, cape.
Slesia, magnanimum generatrix alma virorum:
Clara toga studiis, nec minus apta sago.
Accipe, daq; fidem: ac majorum exempla sequutus,
Imperii gerito sic nova sceptrum novi:
Publica res per Te ut pariter privataq; crescat:
Et palma usq; anceps ac maneat dubia:
Te majore tui an cives pietate, Tuosné
Tu cives saluos incolumesq; velis.
Neu sacra Christi adum tantum regionibus istis,
Cuncta superstitio quæis Latialis abest,
Verum & Libertas, rerum pulcherrima, constet
Vindice Te populis, Rex generose, datis.
Utraq; pontificum quæ technis, atq; tyrannum
Fœdifragis videas heic ibi pressa dolis.
Hos fuge, decreti memineris, quod perdidit Hussum:
Esse datam hæreticis fas temerare fidem.
Immineantq; Tuis quamvis bella undiq; regnis,
Atq; honor iste Tibi pergrave portet onus:
Tu ne cede malis: generoso ardore calentem
Summe animum, atq; virum te, FRIDERICE,
proba.

Auden-

34
Audendum est. magno retinentur regna labore.
Rex cupis esse? haut Te terreat ergo labor.
Nec dubita, claro qui Te insignivit honore,
Ac tot regnorum sceptrum gerenda dedit,
Hostiles contra mucrones obice tectum
Idem Te clypei muniet ipse sui:
Ac dabit, ut densas cœu sternit messor aristas,
Tunc ubi flavescentes Sirius urit agros:
Infesto pariter sic sternas corpora ferro,
Atq; triumphato victor ab hoste cluas.
Inflatos animos ponat Bucquæia virtus,
Bojemo (heu!) nimium perniciosa solo:
Tampiriusq; Tubal tela ultra haut hostica vibrans
Supponat pedibus colla subacta Tuis:
Quæ meruitq; luat tragica ludibria scena,
Innumera innocuis qui fera damna dedit.
Deniq; Bellona ne inimicet longius urbes,
Impietasq; ferox, improbitasq; rapax.
Candida sed redeat Pax, & Concordia simplex:
Quæq; his cetera amant se sociare Bona.
O quam heic lata patet sublimibus area cœptis!
Laudi ô quanta seges materiesq; Tua!

At

*At Tu macte animo! macte esto illustribus ausis!
Humani ô generis nate FRIDRICE bono!
Macte esto! ac cœli confide favore! Tuetur
Quem bona causa, bono fine triumphat ovans.*

III.

QUæ retroacti ævi solita adclamare vetustas
Principibus scævæ ergò bonæ, fausti ominis
ergò,

Qvis neget hæc eadē Regi adclamāda FRIDRICO?
Bis duo Romulci nimis ut lumina regni,
Augustum superet felici sorte, HADRIANUM
Virtutis merito, justi reverentiâ & æqui
TRAJANUM, CAROLUM sed religionis amore,
Stēmatīs auctore (quā rara ea gloria!) MAGNUM.
Sub fortunato, sub Principe religioso,
Nec sapienti-potente minus, quā bellipotente,
Ducere quis vitam, vitam quis ponere nolit?

IV.

REgia progenies, genere illustrissimus Heros,
Nec minus ingenio nobilitante genus:

Justi-

*Justitia Vindex: vera Pietatis Asylum:
Nec non Pierii spes columnę, chori:
FRIDRICUS Breslā ingreditur. quo Principe ter-
Aurea Libertas & redit alma Salus. (ris
Felix sorte suā, sacram cui tangere dextram
Fas erit, & Regis mente calere novi.
Haut sperare meum hoc. Venerari à limine fani,
Sat mihi, si ut Numen Te, FRIDERICÆ, queam.
Quodq; olim haut Cynico Macedum Rex abnuit,
Fas apricari sit mihi Sole Tuo. (oro:*

V.

QVacūq; ingrederis magnæ per cōpita Breslæ,
Sublimi ô Princeps conspiciendus eqvo:
In te oculos uno omnis habens, & sexus, & ætas,
Demissum cœlo ceu, veneratur, Herum.
Vocibus ac studiis tibi conspirantibus ultrò
Plebs, Eqves, atq; Patres prospera fata vovēt:
Proq; salute Tua cœlum prece supplice pulsan:
Sospes ut hoc tantum servet Hygæa caput.
Quin sincera Tibi spondemus pectora cuncti,
Ac certam cupimus posse probare fidem:
Non

Non illi pro Te timidi patriâve perire,
Sed prompti semper ultima quæq; pati.
Salve, o Slesiacæ spes optima maxima gentis!
Et latâ nobis Te quoq; fronte fave!
Sis bonus o! duroq; diu sub fasce gementis
Adfere! & oppressis, quam potes, adfer opem!
Et belli & Pacis prudens illa arbitra, honorum
Munera cultori dat genus omne suo.
Haut magno ornâment sed Principe dignius ullū:
Nec decus illustre est eximiumve magis:
Quam caput incingens si quæna corona sacratū
Servatos cives indicet ejus ope.
Hanc etiam sperat laudem abs te Slesia, cultrix
(Ne dubita) Regis relligiosa sui.
Sed qui pacta ramen sine fraude & fœdera ser-
vet:

Inq; animum inducat non violare suum
Juratam cuicunq; fidem, neq; fœdere in ullo
Divum ad fallendos Numine abuti homines.
Exitium Regni est, sacra omnia, jura, fidemq;
Rex malè si svasus prosubigat pedibus.

Nunc

VI.

Nunc hilaris, si quando unquam, nunc, Slesia,
plaude:

Rex tibi prospero adest dum novus augurio.
Quem desideris hucusq; fidelibus ieta
Quasisti multo thure, piaq; prece.
Magni stirps Caroli, magnus gener ille Iacobi,
Qui molli imperio regna Britannia fovet:
Teutonici columen regni, tutela Bohemi,
Certa salus populi, iustaq; cura poli:
Tolle animos, veneranda parens, mœroreq; pulso
Fac tibi laticia surgat origo nova.
Tempestas decuma est grassata atrociter in te:
Optato at nunc dant Numina sole frui:
Adspectus fulgore sui qui cuncta serenans,
Haut secus ac Titan lumine cuncta beans,
Nubila bellorum his abiget procul aspera terris,
Ac rerum fessis dulce levamen erit:
Remq; adeò lapsam vigilando in pristina reddet,
Candida constituens omnia Pacis ope.
Rege sub hoc sese Libertas civica tollet,
Quâ nihil in terris exstat amabilius,

B

Et

Et magis atq; magis clarescet, lumine veri
 Immisso, purus Religionis honos.
 Rege sub hoc urbes Astræa reviset & agros:
 Ac soror accedet Iusticiæ apta Fides.
 Parebitq; comes, quæ divite copia cornu
 Manat, Amaltheum quæ vale fuisse ferunt.
 Rege sub hoc veterem, breviter, reparabis honorem:
 Nec tibi laticia hinc surgat origo novæ?
 Sit longum ô felix fortunatusq; FRIDRICUS!
 Ad magnum JOVA ipse sibi hunc legit opus.
 Iura polo atq; solo qui ponens, regia transdat
 Sceptra bonis, aufert regia sceptra malis.
 At tu hilari, si quando unquam, mea Slesia, plaude:
 Rex tibi prospero adest dum novus augurio.

VII.

CLara Silesiacæ subeunti moenia Breslæ
 Gratantum accurrit densa caterva Tibi.
 Improbæ nec pro Te vota ulla: ut cujus ab unâ
 Vitam animamq; animâ millia multa trahunt.
 Impar ipse gradu, haut adfectu animoq; cuiquâ
 Cultores inter, Rex venerande, Tuos:

Omne

Omne Tuum deinceps quæ nimò paratus in ævū
 Vivere mancipium, mancipiumq; mori:
 Nil pro Te majus venerari Numina possum:
 Quam propria ut nobis, quæ data, dona velint:
 Inter- & esse sinant hominum Te coetibus ævum:
 Nec nisi post genitis nota sit illa dies:
 Deposita quæ tam prælustre redonet Olympo;
 Unde ortum traxti, DIVE FRIDRICE, tuum.
 Quoq; patet reditus, studium quibus unaq; cu-
 Humano generi consuluisse, fuit. (ra,

VIII.

Quem Nicrus Dominum agnoscit, Rhenusq; bi-
 Omnibus ô Princeps condecorate bonis: (cornis:
 Sceptra Bohemæ idem, titulo Ducis aucta Silesiæ,
 Marchionis Moravi, Lusatiq; geris.
 Vox diversa sonat: mens & vota omnibus una:
 Esse ut ames Patria, REX FRIDRICE, Pater.

IX.

Gens pronū Bojema caput Tibi subdita flectit:
 Marchionem Moravi Lusatiq; colunt:

B 2

Slesia

Slesia ceu clarum Te suscipit utraq; fidus:
Et Magnū agnoscit, qvanta ea qvanta, Ducē.
Non sunt hec, nō sunt hominū molimina tantū:
Indidit hanc mentem gentibus ipse DEUS:
Te Regem everso ut cuperent succedere seculo,
Afflictūq; gravi fasce levare gregem.
Hinc populorum adeo conspirans coelitus ardor,
Qvalis vix unqvām visus in-antē fuit.
Quicquid es, es Fato. Fato tibi tradita regna.
O diu in his regnis! o diu in orbe mane!
Consortes inter firmataq; fœdera gentes
Auspice Te mancant tempus in omne rata.

X.

FRIDRICI nomen primis Rex nactus ab annis,
Nomine quid tali dulcius esse qveat?
Nomine cum dulci o redeas dulcissima rerum,
Constantem figens Slesia per arva pedem!
Unam Te penes usq; manet fors prospera: per Te
Res iterum nobis constabilita viget.
Pessum itura eadem, si bellica longius. Ate
Saviat, illa omnis fons & origo mali.

Vivat

Vivat jo! vivat nostrum decus ille FRIDRICUS!
Et nostri o decoris vivat ELISA decus!

XI.

Oblatum à Czechis regnum sibi respuit olim
ALBERTUS, Bojæ lumen amorq; domus.
Oblatum à Czechis regnum, FRIDERICE, capensis,
Bojo-Palatinae stirpis honorus apex.
Priva illi ratio: Tibi publica commoda curæ:
Alberti illa fuit laurea, & ista Tua est.

XII.

Pacifici Rex nomen habet. Sed causa laceßat
Sontica, ei validas sentiet esse manus.
Quas cura expediunt belli per acuta sagaces,
Defenditq; adeo Numine JOVASuo.
FRIDRICO incolumi molimina ne quis Iberi,
Præfulis aut nimium exhorreat Ansonii.
Pacifera tandem o sed cedat Laurus Oliva!
Arma inter Regem hac unica cura coqvrit.

XIII.

Templa DEO, mores populo des, ocia ferro:
Sol optantem oriens comperit atq; cadens.
Sim-

Simplex hoc, complexum unum at, REX, cetera
vorum:

Nec scio, an hoc quisquā plura vovere queat.

XIV.

Frons, oculi, atq; gena, labia, atq; os, omnia clamant,
FRIDRICO augusti sanguinis esse genus.

*O fortunatos, Rex & Pater optime, cives,
Felici clavo quos Tua dextra regit!*

XV.

E T X H

ex Psalm. XX.

Pro Regis & Patria totius salute.

1. Undiq; dum insurgunt collectis virib. hostes,
Precantem o audiat DEUS!

Atq; salutifero tutum Te Numine præstet!
In editoq; collocet!

2. Ex adyto auxilium sacro Tibi mittat! ab arce
Te fulciat Sionia!

3. Munera odoretur quævis Tua! & æthere la-
Consumat ignis victimas! (psus
Det

4. Det Tibi, cordatâ quod mente probabis, id o-
Eat animi ex sententiâ! (mne

Finisq; optatus Tua cœpta ut cuncta coronet,
Benignus, ut solet, annuat!

5. Incolumiq; adeo Te ac salvo, ut sospites ipsi
Salviq; nomine in sacro

Pandamus vexilla, & laude sub astra vcha-
Summi favorem Numinis! (mus

6. Quin scio, (nec fallor) jam jam servarit olivo
Unctum JEHOVA quod suo

Cœlitus exauditum, hostiliaq; agmina contra
Tectum potente dexterâ.

7. Curribus illi & eqvis, peditumq; eqviturumq;
Fiduciam adscribant suam: (catervis

Una DEI at bonitas nobis est carmen, eritq;
Ac digna laudibus seges.

8. Obrutus attritusq; duello hostis jacet: At nos
Erecti in altum adsurgimus.

9. Serva, o bellipotens JEHOVA! O Rex maxime, ser-
Audiq; vota precantium! (va!



7-3-8
Huldigungspredigt/

Als
Der Durchlauchtigste/Großmächtigste
Fürst vnd Herr/Herr

FRIEDRICH

König zu Böhmen/ Pfalz-
graff beynt Rhein/ vnd Churfürst/
Hertzog in Bayern/ Marggraff in Mähren/ Her-
zog in Schlesien/vnd zu Lützenburg/Marggraff zu Lau-
sig/etc. Von den hochlöblichen Herren Fürsten vnd Stän-

den in Ober vnd Nider Schlesien/zu Breslaw/
den 27. Tag Februarij dieses 1620 Jahrs

res die Huldigung empfangen/
In der Kirchen zu S. Elisabeth gehalten/
Von

ZACHARIA HERMANNO,

der H. Schrifft Doctore, der Kirchen vnd Schu-
len in Breslaw Inspectore.

In vorlegung Hans Eyerings seligen Er-
ben/ vnd Johann Perfers Buchhändler in
Breslaw/ Durch Georgium Voteman.
Im Jahr 1620.

4 J. 223.